

SCRIPTA

Numéro Scripta : 553

Auteur(s) : Robert II, Meulan (comte)

Bénéficiaire(s) : Jumièges, Saint-Pierre (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1202

Lieu d'émission : Rouen

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Robert comte de Meulan donne aux religieux de Jumièges la chapelle de Saint-Philibert du Torp avec une mesure de six acres dans la forêt de Brotonne, soixante acres de terre en labour et différents droits seigneuriaux, à charge d'y entretenir deux religieux. Il leur céde en outre le droit de cueillir dans la forêt de Brotonne des pommes pour la boisson des moines et celle de leurs serviteurs, et aussi le droit d'écuelle et une portion de vin quand il se trouvait dans ses manoirs du Torp, de Vatteville ou de Hauville.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Vernier Jules-Joseph, *Chartes de l'abbaye de Jumièges (v. 825-1204)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1916, 2 vol., n° CCXXXVII, t. 2, p. 207-209.

Dissertation critique

« du 14 avril au 5 avril 1203 » d'après J.-J. Vernier.

Texte établi d'après a

Notum sit presentibus et futuris quod ego Robertus, comes Melleti, dedi et in puram et perpetuam elemosinam concessi, pro salute anime mee et antecessorum meorum, Deo et sancte Marie sanctoque Petro de Gemmetico et monachis ibidem Deo servientibus capellam Sancti Philiberti de Torpo cum masagio .VI. acraram in foresta Brotonie, et carrucatam terre scilicet .LX. acras terre arabilis cum bosco mensurate cum pertica .XXti. V. pedum. Que terra incipit a valle Vivarii, juncta marisco in longitudinem. Dedi etiam mariscum a vivario usque ad viam que dicitur Lebanket. Preterea dedi et in perpetuum concessi predicto loco et monachis ibidem Deo servientibus .XLta. solidos puplice (sic) monete in eadem foresta annuatim reddendos per manum forestarii in festo sancti Michaelis et quietantiam .X. vacarum cum tauro suo et cum secta earum usque ad tertium annum, et quatuor boum et duorum equorum ad aratrum per totam forestam meam, et quietantiam proprietorum pecorum ; et pasnagium proprietorum porcorum per totam forestam meam quietum. Preterea dedi et in perpetuum concessi prefatis monachis poma colligenda ad proprium potum eorum per totam forestam meam, et scutellan elemosine mense mee cum potu ad eamden pertinente, quandcumque ego ero apud Watevillam vel apud Hauvillam vel apud ipsum Torpum ; et boscum ad proprios usus predicte domus de Torpo. Concesserunt autem mihi dominus abbas et conventus Gemmeticenses quod in loco de Torpo duos monachos constituent qui pro salute anime mee et antecessorum meorum orationes fundent ad Dominum. Et ut hec mea donatio et elemosina firma et stabilis permaneat in futurum, presens scriptum

sigilli mei testimonio confirmavi. Testibus hiis Nicolao, tunc capellano meo, Waltero de Briognio, Waltero de Frollancuria, Roberto filio Landrici, tunc temporis senescallo meo, Johanne de Feugeroles, militibus ; Alexandro, preposito de Watevilla, Wilelmo de Vado, Wilelmo de Brotonia, Wilelmo de Putot, Osberto de Bosco Blundello, servientibus meis ; et aliis multis. Datum anno incarnati Verbi M^o. CC^o. II^o. Aput Rothomagum.